1519. Ex ms. Bibl: Zaluse:

Mortuus Maxim. Caesar 12 Januarii a 1519.

3

# Sigismundus I. Rex Poloniæ Domino Erasmo Plocensi Episcopo.

Additio ad Instructionem.

Cum autem res ita cessit, non opus erit iam vestram Paternitatem ad Conventum Electionis Regis Romanorum proficisci. Credimus enim defuncto Caesare omnia in irritum abijsse. Poterit itaquè eadem Paternitas vestra confectis alijs negotijs Nostris apud Sanctissimum Dominum Nostrum, ubi velit redire, neque isthic Romæ causa nostra opus est illam diutius immorari, valeatq; fælicissimè Vestra Reverendissima Dominatio et Nos diligat. 1519.